

Jacob Fabricius

**Jacobus Fabricius Decanus, coeteriq[ue], Collegii Medici Doctores ac
Professores, ad Trium Medicinae Candidatorum Disputationes inaugurales, 4.
Maii ... in Acroasi maiore habendas, omnes & singulos Academiae Rostochiensis
cives, officiose & peramanter vocant, rogant & invitant**

Rostochi[i]: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742564274>

Druck Freier  Zugang



*F.F.¹⁰⁵
~~105~~.XXVIII*

Ma-3835¹⁻²⁶



15.

JACOBUS FABRICIUS

DECANUS, cœteriq; Collegij Me-
dici Doctores ac Professores,

ad

TRIUM MEDICINÆ

CANDIDATORUM

Disputationes inaugurales,

4. Maij, horis ante & post meridiem, in
Acroasi majore habendas,

omnes & singulos Academiæ

Rostochiensis cives, officiosè &

peramanter vocant, rogant &
invitant.



ROSTOCHI

Excudebat Joachimus Pedanus,

ANNO 1627.





Uum humani corporis sistema,
ob Naturæ ex prolifico parentum semine
ingenitam mutabilitatem, continuæ sit
obnoxium alterationi, mirandum ne-
quidquam est, illud ipsum innumeræs,
casq; diversas admodum sæpiissimè pati ægritudines,
quibus homo subinde aliter atq; aliter tentatur & adfici-
tur; minus quidem levioribus illis, magis vero gravio-
ribus, ijsque potissimum, quibus ad insignem perni-
ciem accedit, ut contagione ad vicinos prorepant, &
derepentè plurimos è medio tollant. Universa autem
hæc morborum ilias in duo veluti genera dividitur, ut
alij *Communes*, seu universales, alij *sporadici*, palabundi,
seu sparsim huc illucve vagantes appellantur. Illi pro-
pemodum omnes & quamplurimos eadem tempestate
corripiunt, nullà habitâ ratione vel discrimine ætatum,
sexus, sortis, eminentiæ, conditionis vel gradus homi-
num. Hi δὲ τοισὶ σωτηρῖαι à seminando nomen sortiti,
non aliter, ut semina distincta, non confertim vel agmi-
natim, sed hinc inde disjecta telluri committuntur;
jam hafce, jam alias sparsim aggrediuntur ædes, & di-
versi in diversis hominibus, separatim singulos appræ-
hendunt, ac unumquemq; privatim, nunc hunc, nunc
illum, quovis anni tempore, ex proprio cujusq; vicio
& errore, plus minus invadere sciunt, cujusmodi

habentur, pleuritides, phrenitides, cephalalgiae, vertigines, incubus, Epilepsia, renum vesicæ & calculi, & hujus generis multi. Quum etenim dissimiles à se invicem sint, varia corporis loca possident, differentes causas agnoscunt, & semper, quavis regione, quilibet aëris constitutione diversorum temperamentorum naturas promiscue occupant ac divexit.

Communes morbi, νοσήσιντα vel πάγησιν, ex communibus caussis exoriuntur, quæ vel huic, vel illi regioni nativæ sunt, propriæ & perennes, aut adscititiae minime & perpetuae: & ex his quidem quædam ad victus rationem, quædam ad aëris vicium, quem pariter omnes, sive inspiratu per spiritalem fistulam, sive perspiratu per universi corporis habitum, attrahimus, quædam ad utrumque referuntur, ut hinc alij morbi statuantur *Endemij*, alij *Epidemij*.

Ενδημίαι, quasi patrios seu vernaculos, illos recte appellamus, qui perpetuò, & quavis anni tempestate, certam regionem obsident, & absq; ullâ intermissione, istius incolas adfligunt, quapropter & Επιδημίαι οὐδὲ παραγονται vocantur, ex peculiari & non emendabili cuiuslibet provinciæ aere, cibo, aquâve, vel montium viciniâ prognati, de quibus certè in primis agere voluit Hippoc. lib. de aere locis & aquis: in quam classem scribitur Genesibus natalis Catarrhus, Styriæ aspera inhabitantibus Βεγχονέαν seu Struma, quæ Carnis etiam Alpinisq; omnibus & Allobrogibus familiaris, Hydrocele Tectofagis haut secus atq; Carbunculus, phthisis Lusitanis, Vasconibus Gibbus & λυκεωθεωτα, Appulis Icterus, Indis quibusdam Pua, morbus venereo haut multum absimilis, Lues pannonica Ungaris, superiori Germaniæ Arthri-

thritis, Plica Polonis, Judæis Lepra, Romanis Hemitritæus seu Semitertiana, Florentinis Epilepsia, Atheniensibus uti olim, nunc hodiè Austriacis Podagra, Ægyptijs Elephantiasis infesta, & quem inter cœteros exprimere volebam *Scorbutus*, multis jam seculis Saxonæ inferiori, & maris Balthici atque Oceani Germanici accolis domesticus & vernaculus, quâ de re Lucretius lib.

6. canit;

*Est Elephas morbus, qui propter flumina Nili
gignitur Ægypti medio, nec præterea usquam:
Attibide tentantur gressus, oculorum in Achæis
finibus: indè alijs alius locus est inimicus
partibus ac membris, varius concinnat id aer.*

Quorum omnium indolem si spectes, essentiam quoque accuratius consideres, utique inter sporadicos referendi erant: verùm respectu loci, cui sese insinuarunt, & quem mordicus tenent, ratione inquam indigenarum, quos continua exacerbationibus impetunt, aliquid communius præ se ferunt, quia non hunc vel illum, sed potiorem partem regionis & semper, & utriusque sexûs homines invadunt, quæ fuit occasio, ut Medici illos pa-

sim Endemiorum Catalogo inscriberent.
Epidemij sunt, qui non semper continuoque, sed per intervalla, certoque anni tempore, aliquâ in regione grassantur, vulgares & populares ab interpretibus nominati, per *ἀνίδεστον* fortassis, eō quod vulgo & populo maximè sint infesti, quâ ratione lucum, quod minimè luceat, Parcas à non parcendo, bellum quasi non pulcrum Grammatici deducunt, cui simile Medici practici facti-

factitarunt, Epilepsiam matrem puerorum indigentes, quæ noverca æquiori jure dicenda erat. Hi morbi non sunt ordinarij, neq; dispersi, sed statim annorum constitutionibus enati, multos simul & semel adoruntur, & aliquandiu perseverant, tandem desinunt, & inducias potius breves, quam firmam, perpetuamq; pacem mortalibus ægris concedunt, ex ambientis nos aëris vicio, nec eo vernaculo, sed adscitio ducentes ortum, sive is. cœlitus à malignis & infestis siderum adspectibus, certisve permissionibus vicietur, sive à noxiōrum ventorum perflatibus, sive à tetricis, ex terris aquisve, hælibus, sive à gravibus dudum reclusarum voraginum, antrorum, specuum, aut feralium, & verè Χαρακειον barathrorum exspirationibus, vaporibusve ex latrinarum aut cloacarum colluvie sublatis, vel & ex vehementibus qualitatum aeris mutationibus, atq; inordinatis tempestatibus, seu deniq; ex eorum, qui suopte vicio laborunt, frequenti exspiratione & transpiratione, alijsq; id genus caussis damnum contrahat; quod suo loco Medici diligentissime expendunt. Horum isti, qui perniciosissimi sunt, λοιμώδεις seu pestilentes appellantur, qui vires omnes universumq; corpus protenus prosternunt; ac habentur quidam ex ijs μοχθηστεροι, qui propter θρησκευτικον τοποθεσιαν, horrendum sœviunt, & ægrotantium maximam partem occidunt, tantâ sœpe atrocitate, ut urbes civibus, pagos rusticis, domicilia suis indigenis tristissime vacuata intueamur, qualis est pestis & febris pestilentialis, tum simplex, tum putrida, quas consequuntur tam occulta, quam manifesta symptomata pariter exitiosa, Bubo pestilens, nec non Carbunculus, &c. quiq; præterea ex Epidemijis majorem.

viii

vim hominum internecione expugnant: quidam *θη-*
νέστεροι, feritate quidem, sed placabiliore sunt prædicti, ex
quibus uti moriuntur multi, ita non pauci etiam vicif-
sim evadunt; quorum rursus alij *insolentes* sunt: alij *con-*
sueti & usitati, uti papulae illæ ac pituitæ eruptiones, quas
Variolas ac Morbillos nominamus, item febres minus
contagiosæ, quas comitantur *στριμόνα*, aut quoque *σίγμα-*
τηλία, quæ à figurâ, formâve ipsâ lenticulæ & puncticu-
la, nonnullis petechiæ, summâ cute, maculis haut extu-
berantibus, efflorescentes dicuntur, item *Dysenteria*, *Li-*
enteria, *Diarrhoeæ* & congeneres morbi ab Hippocrate
in Epidem. & Aphorismis commemorati, qui quidem
omnes, quâ sunt Epidemij, nonnihil resipiunt maligni-
tatis vulgaris, hocque uno ab ijs internoscuntur, quos di-
spersos appellamus. *Insolentes* seu *σπανιώτεροι* vocantur
ωδηστηνία illa, omni memoriâ prius inaudita, quam
scribit Hippocrates in Thaso contigisse, *Mentagra*, quam
Plinius lib. hist. naturalis 26. cap. 1. in Italiam irrepisse,
imperante Tiberio Claudio, asseverat, Sudor Anglicus,
sub Henrico VII. anno 1486. primò apparet, & postea
in plurimas totius Europæ provincias funestissime dis-
seminatus, Saltus Viti, stupenda ista insanæ species, quâ
correpti *σπόσα* discurrentes, choreas duxerunt ad ex-
tremum usque sp̄iritum, nisi inde vi quâdam detraheren-
tur, Spasmus item in Hassiâ sinitimisque locis, paucis ante
annis peculiari modo, mirum in modū ferociens, & gros-
que crucians, alijque hisce adfines, qui veterum oblitione
deleti sunt, & si qui novi posthac similis malitia emergent.

Cœterum ex triplici hac morborum classe, TRES
MEDICINÆ CANDIDATI, viri egregiè docti,
& ab

& ab honestâ vitâ, inculpatisq; moribus commendatissimi, quos absoluto privato, eoq; satis accurato examinè, nunc publicitùs etiam sistimus, elegerunt, quisq; sibi peculiarem materiam, Academicæ *o^uγηθσα* subjiciendam, adeoq; de IN CUBO, tanquam morbo SPORADICO, de DYSENTERIA, sæpiissimè *Epidemio*, itemq; de SCORBUTO, semper nobiscū *Endemio*, suas disputationes conscripsérunt, quibus audiendis ut Magnificus Dn. Rector, Reverendi item, consultissimi, experientissimi, clarissimi, humanissimi Dnn. Professores, cœteriq; Doctores, verbi divini ministri, Scholæ Senatoriæ Collegæ, lectissimusq; Studiosorum cœtus, DIE QUARTO MENSIS MAI, in Auditorio magno comparere, suisq; argumentis Dominorum Candidatorum vires modestè explorare ne graventur, maximo perè rogamus. Quod non tantum gratâ mente agnoscamus, sed & iterum de singulis bene mereri annitemur. Deus optimus maximus nos gratiæ suæ alis clementer inumbret, & ab istis morbis, ijsq; pejoribus, hostibus & inimicis militibus, tutos faciat ac servet, ut in re litterariâ aliquam ipsi placentem, & Ecclesiæ ac Politijs proficuum operam navemus. P. P. Rostochij sub sigillo Officij nostria d. XXII. April, anni XXVII.



vim hominum interneccione expugnant: quæ
 feritate quidem, sed placabiliorē sunt
 quibus uti moriuntur multi, ita non pauci e
 sim evadunt; quorum rursus alij *insolentes* su
 fueti & usitati, uti papulae illæ ac pituitæ erupt
 Variolas ac Morbillos nominamus, itemq; fe
 contagiosæ, quas comitantur *cnibūματα*, aut q
 illa, quæ à figurâ, formâve ipsâ lenticulæ &
 la, nonnullis petechiæ, summâ cute, maculis
 berantibus, efflorescentes dicuntur, item *Dy*
 enteriæ, Diarrhoeæ & congeneres morbi ab i
 in Epidem. & Aphorismis commemorati, q
 omnes, quæ sunt Epidemij, nonnihil resipiunt
 tatis vulgaris, hocq; uno ab ijs internoscuntu
 spersos appellamus. *Insolentes* seu *σπανιώτε*
ωδηγωληγία illa, omni memoriâ prius inaudi
 scribit Hippocrates in Thaso contigisse, Meno
 Plinius lib. hist. naturalis 26. cap. 1. in Italia
 imperante Tiberio Claudio, asseverat, Sudore
 sub Henrico VII. anno 1486. primò apparen
 in plurimas totius Europæ provincias fune
 seminatus, Saltus Viti, stupenda ista insaniae
 correpti oq; obsoleti discurrentes, choreas dux
 tremum usq; spiritum, nisi inde vi quâdam
 tur, Spasmus item in Hassiâ finitimi sç locis,
 annis peculiari modo, mirum in modû feroc
 que crucians, alijq; hissec adfines, qui veteru
 deleti sunt, & si qui novi posthac similis m
 gent.

Coeterum ex triplici hac morborum cl
 MEDICINÆ CANDIDATI, viri eg

